



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

I. De excommunicatis, vt ad clericorum accusationem non admittantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

Augustino Hippone Regiensi,  
Possidio Calamensi, legatis pro-  
uinciae Numidiæ:  
Maximiano Aquæ Regiensi,  
Iocundo Suffetulensi,  
Hilarino Orreocelensi, legatis  
prouinciae Býzacenæ: Et  
Nouato Sitiphensi,

Leone \* Ospinensi,  
Leone alio, legatis prouinciae  
Mauritanie Tingitanæ:  
\* Niuello \* Ruscuriensis,  
Laurentio Icositano,  
Numeriano \* Rusguniensi, lega-  
tis prouinciae Mauritaniae Cæ-  
fareensis:

ANNO  
CHAM  
419.  
\* Opini-  
fi, al. Mo-  
demi,  
\* Nicello  
Rufi-  
cureni,  
vel Rufi-  
corini,  
\* Rango-  
nem.

Ac vniuersis in Concilio iudicibus delectis, adstanti-  
bus diaconibus, confedisset, & quibusdam peractis, mul-  
ti episcopi ceterorum peragendorum moras se conque-  
rerentur sustinere non posse, & ad proprias ecclesiæ fe-  
stinarent: placuit vniuerso Concilio, vt ab omnibus eli-  
gerentur de singulis quibusque prouinciis, qui propter  
alia peragenda residerent. Et factum est, vt hi adessent,  
quorum subscriptiones eos adfuisse testantur.

## C A P I T V L A.

### I.

Cod. Can.  
128.  
Con. Afr.  
cap. 95.  
4. quæst. 1.  
Definimus  
eum rite.

**P**LACVIT QVE, quoniam superioribus Conci-  
liorum decretis de personis, quæ admittendæ  
sunt ad accusationem clericorum, iam constitutum  
est, & quæ personæ non admittantur, iam expressum  
non est: idcirco definimus, eum rite ad accusatio-  
nem non admitti, qui posteaquam excommunicata  
fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione con-  
stitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusare volue-  
rit.

Cod. Can.  
cap. 129.  
Conc. Afr.  
cap. 96.  
4. quæst. 1.  
Definimus  
eum rite.  
4. quæst. 6.  
Omnibus  
quibus ac-  
cufatio.

Item placuit, vt omnes serui, vel proprii liberti  
ad accusationem non admittantur, vel omnes, quos  
ad accusanda publica crimina leges publicæ non  
admittunt. Omnes etiam infamiae maculis asper-  
si, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectæ per-  
sonæ, hæretici etiam, siue Pagani, siue Iudæi.  
Sed tamen omnibus, quibus accusatio denegatur,